

# I. HISTORIA DE ROMA

## 1. Roma se originó mediante la unión de dos pueblos: los troyanos, capitaneados por Eneas, y los aborígenes, antiguos habitantes de Italia. (Salustio, *Conjuración de Catilina* 6, 1-3)

Urbem Romam, sicuti ego accepi, condidere<sup>1</sup> atque habuere<sup>2</sup> initio Troiani, qui Aenea duce profugi sedibus incertis vagabantur, et cum his Aborigines, genus hominum agreste, sine legibus, sine imperio, liberum atque solutum. Ita brevi<sup>3</sup> multitudo diversa atque vaga concordia civitas facta erat.

**Notas**      <sup>1</sup> *condidere* = *condiderunt*.

<sup>2</sup> *habuere* = *habuerunt*.

<sup>3</sup> *brevi*: adverbio.

Orígenes legendarios de Roma.

## 2. Tras fundar Roma, Rómulo acoge en la ciudad a numerosos inmigrantes, nombra senadores y rapta a las mujeres sabinas. (Eutropio, *Breviario I* 2)

Romulus, condita civitate quam ex nomine suo Romam vocavit, multitudinem finitimorum in civitatem recepit, centum ex senioribus legit<sup>1</sup>, quos senatores nominavit propter senectutem. Tum, cum uxores ipse et populus suus non haberent, invitavit ad spectaculum vicinas urbi Romae<sup>2</sup> nationes atque earum virgines<sup>3</sup> rapuit.

**Notas**      <sup>1</sup> *legit*: “eligió”.

<sup>2</sup> *urbi Romae*: dativo que depende de *vicinas*.

<sup>3</sup> *virgines*: “muchachas”.

La fundación de Roma. La monarquía primitiva. El senado romano.

## 3. Sigue a Rómulo el rey Numa Pompilio, quien a las virtudes guerreras del pueblo romano incorpora un hondo sentido de la religión y de la justicia. (Floro, *Epítome I* 1)

Succedit Romulo Numa, quem Romani petiverunt ob inclitam eius religionem<sup>1</sup>. Ille sacra<sup>2</sup> et caerimonias omnemque cultum deorum docuit. Ille pontifices, augures ceteraque sacerdotia creavit annumque in duodecim menses discripsit<sup>3</sup>. Eo<sup>4</sup> denique ferocem populum rededit<sup>5</sup> ut imperium religione atque iustitia gubernaret.

**Notas**      <sup>1</sup> *religionem*: “sentido de la religión”.

<sup>2</sup> *sacra*: “ritos sagrados”.

<sup>3</sup> *discripsit*: “distribuyó”.

<sup>4</sup> *eo*: “hasta tal punto”, adv. anticipando la oración subordinada de *ut*.

<sup>5</sup> *rededit*: “sometió”.

La religión romana.

## 4. El rey Tarquinio Prisco lleva a cabo las primeras obras públicas en Roma e instaura los primeros espectáculos. (Eutropio, *Breviario I* 6)

Deinde regnum Priscus Tarquinius accepit. Hic numerum senatorum duplicavit, Circum Romae aedificavit, ludos Romanos instituit, qui ad nostram memoriam permanent. Vicit idem etiam Sabinos et primus triumphans urbem intravit. Muros fecit et cloacas, Capitolium inchoavit. Tricesimo octavo imperii anno per Anci<sup>1</sup> filios occisus est, regis eius, cui ipse successerat.

**Notas**      <sup>1</sup> *Tarquinius, -ii*: Tarquinio.

<sup>2</sup> *Ancus, -i*: “Anco Marcio”, el rey que había precedido en el trono a Tarquinio.

Principales edificios públicos e instituciones sociales de Roma.

## 5. El suicidio de Lucrecia, violada por el hijo del rey Tarquinio el Soberbio, desencadena la revuelta que acaba con la monarquía.

(Eutropio, *Breviario I* 8)

Nam cum filius eius<sup>1</sup> nobilissimam feminam Lucretiam<sup>2</sup> eandemque pudicissimam, Collatinus<sup>3</sup> uxorem, stuprasset<sup>4</sup> eaque de iniuria marito et patri et amicis questa fuisse, in omnium conspectu se occidit. Propter quam<sup>5</sup> causam Brutus<sup>6</sup> populum concitatavit et Tarquinio<sup>7</sup> ademit imperium. Ita Romae regnum est per septem reges annis ducentis quadraginta tribus.

Notas

<sup>1</sup> *eius*: el hijo de Tarquinio el Soberbio, último rey de Roma.

<sup>2</sup> *Lucretia, -ae*= Lucrecia.

<sup>3</sup> *Collatinus, -i*: Colatino, el marido de Lucrecia.

<sup>4</sup> *stuprasset=stupravisset*

<sup>5</sup> *quam*: relativo con valor demostrativo.

<sup>6</sup> *Brutus, -i*: Lucio Junio Bruto, instaurador de la República y antepasado del cesaricida.

<sup>7</sup> *Tarquinius, -ii* = Tarquinio

Fin de la monarquía.

## 6. Tras la monarquía se adopta el consulado como forma de gobierno que evita el poder absoluto y la corrupción al tener duración anual y carácter colegiado.

(Eutropio, *Breviario I* 9)

Hinc<sup>1</sup> consules coepere<sup>2</sup>, pro uno rege duo, hac causa creati ut<sup>3</sup>, si unus malus fuisse, alter eum coerceret. Et placuit ne imperium<sup>4</sup> longius quam annum haberent. Fuerunt igitur anno primo ab expulsis regibus<sup>5</sup> consules L.<sup>6</sup> Iunius Brutus et Tarquinius Collatinus<sup>7</sup>, maritus Lucretiae.

Notas

<sup>1</sup> *hinc*: adv. “a partir de este momento”, esto es, tras la monarquía.

<sup>2</sup> *coepere = cooperunt*.

<sup>3</sup> *ut*: explicativo de *hac causa*. Puede traducirse con valor final (“para que”) o por dos puntos.

<sup>4</sup> *imperium*: “poder”.

<sup>5</sup> *ab expulsis regibus*= “desde la expulsión de los reyes”.

<sup>6</sup> *L.*: abreviatura de *Lucius, -ii*.

<sup>7</sup> *Tarquinius, -ii; Collatinus, -i*= Tarquinio Colatino.

<sup>8</sup> *Lucretia, -ae*= Lucrecia.

Las magistraturas republicanas.

## 7. Salustio describe las virtudes de los antiguos romanos, cuyos jóvenes estaban más inclinados a las hazañas bélicas que a las diversiones.

(Salustio, *Conjuración de Catilina* 7, 4-5)

Iam primum iuventus, simul ac belli patiens erat, in castris per laborem usum militiae discebat magisque in decoris<sup>1</sup> armis et militaribus equis quam in scortis atque conviviis lubidinem<sup>1</sup> habebant. Igitur talibus viris non labor insolitus, non locus ullus asper aut arduus erat, non armatus hostis formidulosus.

Notas

<sup>1</sup> *decoris*: adj., de *decorus, -a, -um*.

<sup>2</sup> *lubidinem=libidinem*.

La República arcaica.

## 8. Retrato de Aníbal, el gran general cartaginés enemigo de Roma durante la Segunda Guerra Púnica.

(Tito Livio, *Desde la fundación de la ciudad XXI* 4)

Annibal equitum peditumque idem longe primus erat. Princeps in proelium ibat; ultimus, conserto proelio, excedebat. Has tantas viri virtutes ingentia vitia aequabant: inhumana crudelitas, perfidia plus quam Punica, nihil veri<sup>1</sup>, nihil sancti<sup>1</sup>, nullus deum<sup>2</sup> metus, nullum ius iurandum<sup>3</sup>, nulla religio.

Notas <sup>1</sup> *veri, sancti*: genitivos partitivos.

<sup>2</sup> *deum=deorum*

<sup>3</sup> *ius iurandum*= compuesto que actúa como sustantivo, “juramento”, palabra dada”.

Las Guerras Púnicas.

**9. Aníbal cruza los Alpes con un poderoso ejército y el general romano Sempronio Graco tiene que regresar con sus tropas desde Sicilia a Rímini.** (Eutropio, *Breviario* III 8)

Hannibal, relicto in Hispania fratre Hasdrubale, Pyrenaeum transiit. Alpes, adhuc ea parte invias<sup>1</sup>, sibi patefecit<sup>2</sup>. Traditur ad Italiam LXXX milia peditum<sup>3</sup>, X milia equitum, septem et XXX elephantes adduxisse<sup>4</sup>. Interea multi Ligures et Galli Hannibali se coniunxerunt. Sempronius Gracchus ex Sicilia exercitum Ariminum<sup>5</sup> traiecit.

**Notas**      <sup>1</sup> *invias*: “intransitables”, concierta con *Alpes* que es femenino plural en latín.

<sup>2</sup> *patefecit*: “abrió”, el sujeto es Aníbal.

<sup>3</sup> *peditum ... equitum*: genitivos partitivos.

<sup>4</sup> Su sujeto omitido es *Hannibalem*.

<sup>5</sup> *Ariminum*: la actual “Rímini” en el norte de Italia.

Las Guerras Púnicas.

**10. Viriato, caudillo de los lusitanos, cae asesinado por sus propios hombres, pero el general romano Cepión se niega a satisfacer la recompensa amparándose en que Roma no paga a traidores.** (Eutropio, *Breviario* IV 16)

Viriathus<sup>1</sup> a suis interfectus est<sup>2</sup>, cum quattuordecim annis<sup>3</sup> Hispanias<sup>4</sup> adversus Romanos movisset. Pastor primo fuit, mox latronum dux, postremo tantos ad bellum populos concitavit, ut adsertor<sup>5</sup> contra Romanos Hispaniae putaretur. Et cum interfectores eius praemium a Caepione<sup>6</sup> consule peterent, responsum est numquam Romanis placuisse imperatores<sup>7</sup> a suis militibus interfici.

**Notas**      <sup>1</sup> *Viriathus*, -i= Viriato.

<sup>2</sup> *interfectus est*: de *interficio* “matar, asesinar”.

<sup>3</sup> *quattuordecim annis*: ablativo de tiempo con valor de duración.

<sup>4</sup> *Hispanias*: la Península Ibérica estaba dividida en dos provincias, *Hispania Ulterior* e *Hispania Citerior*

<sup>5</sup> *adsertor*: “libertador, emancipador”.

<sup>6</sup> *Caepio*, -onis= Quinto Servilio Cepión.

<sup>7</sup> *imperatores*: “los generales”.

El Imperio romano: la conquista de Hispania por Roma. Viriato.

**11. Sertorio, antiguo partidario de Mario, por temor a las represalias de Sila, llevó las guerras civiles a Hispania, donde murió a manos de los suyos.** (Eutropio, *Breviario* VI 1)

Marco Aemilio Lepido<sup>1</sup> Quinto Catulo<sup>2</sup> consulibus, cum Sulla rem publicam composuisset, bella nova exarserunt. Nam Sertorius, qui partium Marianarum<sup>3</sup> fuerat, timens fortunam ceterorum, qui interempti erant, ad bellum commovit Hispanias<sup>4</sup>. Octavo demum anno per suos occisus est.

**Notas**      <sup>1</sup> *Marcus Aemilius Lepidus*= Marco Emilio Lépido.

<sup>2</sup> *Quintus Catulus*= Quinto Cátulo.

<sup>3</sup> *partium Marianarum*: “del partido de Mario”.

<sup>4</sup> *Hispanias*: la Península Ibérica estaba dividida en dos provincias, *Hispania Ulterior* e *Hispania Citerior*.

La crisis del final de la República en Hispania: Las guerras sertorianas.

**12. Espartaco, Crixo y Enomao escapan de la escuela de gladiadores de Capua y desencadenan una guerra en Italia casi tan terrible como la de Aníbal.** (Eutropio, *Breviario* VI 7)

Septuaginta enim et quattuor gladiatores -ducibus Spartaco, Crixo et Oenomao-, effracto Capuae ludo, fugerunt. Et per Italiam vagantes paene non levius bellum, quam Hannibal moverat, paraverunt. Nam, multis ducibus et duobus simul Romanorum consulibus victis, sexaginta fere milium armatorum exercitum congregaverunt.

**Notas**      <sup>1</sup> *Crixus*, -i = Crixo.

2 *Oenomaus*, -i= Enomao

La crisis del final de la República: La revuelta servil de Espartaco.

### 13. Retrato de Catilina, cabecilla de la conjura contra el cónsul Cicerón.

(Salustio, *Conjuración de Catilina* 5, 1-2)

L.<sup>1</sup> Catilina, nobili genere natus<sup>2</sup>, fuit magna vi et animi et corporis, sed ingenio malo pravoque. Corpus patiens inediae, algoris, vigiliae supra quam cuiquam<sup>3</sup> credibile est. Animus audax, subdolus, varius, cuius rei lubet<sup>4</sup> simulator ac dissimulator, alieni adpetens, sui profusus, ardens in cupiditatibus; satis eloquentiae, sapientiae parum.

Notas

<sup>1</sup> L. = abreviatura de *Lucius*, -ii.

<sup>2</sup> *nobili genere natus*: Catilina pertenecía a la *gens Sergia* que pretendía remontarse a *Sergestus*, un compañero de Eneas.

<sup>3</sup> *cuiquam*: de *quisquam* pronombre indefinido.

<sup>4</sup> *cuius rei lubet* = *cuiuslibet rei*, genitivo, “de cualquier cosa”.

La crisis del final de la República: La conjuración de Catilina.

### 14. Los legados de Pompeyo, Petreyo y Afranio, reclutan tropas entre los pueblos hispanos y deciden hacer frente a César en las proximidades de Lérida.

(César, *Guerra civil* I 38, 3-4)

His rebus constitutis, equites auxiliaque toti Lusitaniae a Petreio<sup>1</sup>; Celtiberiae, Cantabris<sup>2</sup> barbarisque omnibus, qui ad Oceanum pertinent, ab Afranio imperantur<sup>3</sup>. Quibus<sup>4</sup> coactis, celeriter Petreius ad Afranium pervenit constituuntque communi consilio bellum ad Ilerdam<sup>5</sup> propter ipsius opportunitatem gerere.

Notas

<sup>1</sup> a Petreio (*imperantur*): sobreentiéndase el verbo *impero*.

<sup>2</sup> *Cantabri*, -orum= los cántabros.

<sup>3</sup> *imperantur*: (*impero*) “exigir a”, rige por tanto dativo como complemento.

<sup>4</sup> *quibus*: relativo con valor demostrativo. Alude a la caballería y a las tropas auxiliares.

<sup>5</sup> *Ilerdam* = “Lérida”.

La crisis del final de la República: Guerra civil entre César y Pompeyo. La campaña de Lérida.

### 15. Una gran tormenta desborda el río Segre y destroza los puentes, dejando incomunicado al ejército de César.

(César, *Guerra civil* I 48, 1-3)

Accidit etiam repentinum incommodum. Tanta enim tempestas cooritur ut numquam illis locis maiores aquas fuisse constaret. Tum autem ex omnibus montibus nives proluit ac summas ripas fluminis superavit pontisque<sup>1</sup> ambos quos C.<sup>2</sup> Fabius fecerat uno die interruptum. Quae<sup>3</sup> res magnas difficultates exercitui Caesaris attulit.

Notas

<sup>1</sup> *pontis*: Acusativo plural.

<sup>2</sup> C.= abreviatura de *Caius*, -i.

<sup>3</sup> *quae*: relativo con valor demostrativo.

La crisis del final de la República: Guerra civil entre César y Pompeyo. La campaña de Lérida.

### 16. Los oscenses y otros pueblos hispanos se alían con César, quien les pide provisiones.

(César, *Guerra civil* I 60, 1-3)

Interim Oscenses<sup>1</sup> et Calagurritani<sup>2</sup>, qui erant cum Oscensibus contributi, mittunt ad eum<sup>3</sup> legatos seseque imperata facturos<sup>4</sup> pollicentur. Hos Tarragonenses<sup>5</sup> et Iacetani<sup>6</sup> et Ausetani<sup>7</sup> et paucis post diebus Illurgavonenses<sup>8</sup>, qui flumen Hiberum attingunt, insequuntur. Petit ab his omnibus ut se frumento iuvent.

<b>Notas</b>	<sup>1</sup> <i>Oscenses, -ium</i> = Oscenses <sup>2</sup> <i>Calagurritani, -orum</i> = Calagurritanos. <sup>3</sup> <i>eum</i> : referido a César. <sup>4</sup> <i>facturos (esse)</i> . <sup>5</sup> <i>Tarraconenses, -ium</i> = Tarraconenses. <sup>6</sup> <i>Iacetani, -orum</i> = Jacetanos <sup>7</sup> <i>Ausetani, -orum</i> = Ausetanos, habitantes de la actual comarca de Osona, en torno a Vic. <sup>8</sup> <i>Illurgavonenses, -ium</i> = Illurgavonenses, pueblo ibero situado en el tramo final del Ebro.
--------------	---

La crisis del final de la República: Guerra civil entre César y Pompeyo. La campaña de Lérida.

### 17. Tras vencer en las guerras civiles Julio César regresa a Roma y cae asesinado por una conjura de senadores en los idus de marzo. (Eutropio, *Breviario VI* 25)

Inde Caesar, bellis civilibus toto orbe<sup>1</sup> conpositis, Romam rediit. Agere insolentius coepit et contra consuetudinem Romanae libertatis. Cum paene tyrannica faceret, coniuratum est in eum a sexaginta vel amplius senatoribus equitibusque Romanis. Ergo Caesar, cum senatus die inter ceteros venisset ad curiam, tribus et viginti vulneribus confossus est.

<b>Notas</b>	<sup>1</sup> <i>toto orbe</i> : ablativo prosecutivo “por todo el orbe”.
--------------	--

La crisis del final de la República: el asesinato de César.

### 18. Tras divorciarse de Octavia, hermana de Octaviano o Augusto, y casarse con Cleopatra, Marco Antonio es vencido en Accio y, después de huir a Egipto, la reina y él se suicidan. (Eutropio, *Breviario VII* 6-7)

Antonius, repudiata sorore Octaviani, Cleopatram reginam Aegypti duxit uxorem. Victus est ab Augusto navalí pugna clara et inlustri apud Actium, qui<sup>1</sup> locus in Epiro est. Ex qua<sup>2</sup> fugit in Aegyptum et, desperatis rebus, cum omnes<sup>3</sup> ad Augustum transirent, ipse se interemit. Cleopatra sibi aspidem admisit et veneno eius<sup>4</sup> extincta est.

<b>Notas</b>	<sup>1</sup> <i>qui locus</i> : relativo con valor adjetivo: “lugar que”. <sup>2</sup> <i>ex qua</i> : relativo con valor demostrativo. <sup>3</sup> <i>omnes</i> : las legiones de Marco Antonio de África se pasaron también al bando de Augusto. <sup>4</sup> <i>eius</i> : se refiere a <i>aspidem</i> .
--------------	---

La crisis del final de la República: el triunfo de Augusto.

### 19. Augusto hizo conocer el nombre de Roma entre pueblos lejanos y muchos reyes extranjeros fundaron ciudades en su honor. (Eutropio, *Breviario VII* 10)

Scythae<sup>1</sup> et Indi, quibus antea Romanorum nomen incognitum fuerat, munera et legatos ad eum miserunt. Tanto amore etiam apud barbaros fuit, ut reges, populi Romani amici, in honorem eius conderent civitates, quas Caesareas nominarent, sicut in Mauretania a rege Iuba<sup>2</sup> et in Palaestina<sup>3</sup>.

<b>Notas</b>	<sup>1</sup> <i>Scythae, -arum</i> : los escitas. <sup>2</sup> <i>Iol Cesárea</i> : convertida por Juba II en capital de Mauritania. <sup>3</sup> Palaestina, -ae= Palestina. La ciudad es <i>Cesárea Marítima</i> , levantada por Herodes el Grande como capital de Judea y residencia por tanto de los gobernadores romanos.
--------------	--

La dinastía julio-claudia: Augusto. Caesaraugusta.

### 20. Tiberio, sucesor de Augusto, fue un emperador cobarde, cruel y depravado, que jamás intervino personalmente en ninguna campaña militar. (Eutropio, *Breviario VI* 11)

Tiberius ingenti socordia imperium gessit, gravi crudelitate, scelestia avaritia, turpi libidine. Nam nusquam ipse pugnavit, bella per legatos gessit suos. Hic tertio et vicesimo imperii<sup>1</sup> anno, aetatis<sup>2</sup> septuagesimo octavo, ingenti omnium gaudio mortuus est in Campania<sup>3</sup>.

<b>Notas</b>	<sup>1</sup> <i>imperii</i> : “de gobierno”. <sup>2</sup> <i>aetatis</i> : “de vida”. <sup>3</sup> <i>Campania</i> , -ae= Campania.
--------------	---

La dinastía julio-claudia: Tiberio.

## 21. Calígula fue todavía más depravado que Tiberio y por eso cayó asesinado.

(Eutropio, *Breviario VII* 12)

Successit ei<sup>1</sup> Caligula<sup>2</sup>, sceleratissimus ac funestissimus et qui etiam Tiberii dedecora purgaverit<sup>3</sup>. Bellum contra Germanos<sup>4</sup> suscepit et ingressus Sueviam<sup>5</sup> nihil strenue fecit. Stupra<sup>6</sup> sororibus intulit, ex una etiam filiam cognovit. Cum adversum cunctos ingenti avaritia, libidine, crudelitate saeviret, interfectus in Palatio est anno aetatis vicesimo nono.

<b>Notas</b>	<sup>1</sup> <i>ei</i> : alude, naturalmente, a Tiberio.
	<sup>2</sup> <i>Caligula</i> , -ae= Calígula.
	<sup>3</sup> <i>purgaverit</i> : “llegar a excusar”.
	<sup>4</sup> <i>Germani</i> , -orum= germanos.
	<sup>5</sup> <i>Suevia</i> , -ae: “el territorio de los suevos”.
	<sup>6</sup> <i>stupra</i> : “incesto”.

La dinastía julio-claudia: Calígula.

## 22. Un emperador mediocre, Claudio, tío de Calígula, conquista Britania.

(Eutropio, *Breviario VII* 13)

Post hunc<sup>1</sup> Cladius fuit, patruus Caligulae<sup>2</sup>. Hic medie imperavit, multa gerens tranquille atque moderate, quaedam crudeliter et insulse. Britanniae<sup>3</sup> intulit bellum, quam nullus Romanorum post C.<sup>4</sup> Caesarem attigerat, eaque devicta per Cn. Sentium<sup>5</sup> et A. Plautium<sup>6</sup>, inlustres ac nobiles viros, triumphum celebrem egit.

<b>Notas</b>	<sup>1</sup> <i>hunc</i> : Calígula. <sup>2</sup> <i>Caligula</i> , -ae= Calígula. <sup>3</sup> <i>Britannia</i> , -ae= Britania. La invasión de Claudio se produjo en el 40 d.C.
	<sup>4</sup> <i>C.</i> = abreviatura de <i>Caius</i> , -i.
	<sup>5</sup> <i>Cn.</i> = abreviatura de <i>Cnaeus</i> , -i; <i>Sentius</i> , -ii= Sencio
	<sup>6</sup> <i>A.</i> = abreviatura de <i>Aulus</i> , -i; <i>Plautius</i> , -ii= Plocio.

La dinastía julio-claudia: Claudio.

## 23. Un pésimo emperador, Nerón, gusta de las artes escénicas hasta el extremo de prender fuego a Roma para recrear el de la mítica Troya.

(Eutropio, *Breviario VII* 14)

Successit huic<sup>1</sup> Nero, qui Romanum imperium et deformavit et diminuit. Infinitam senatus partem interfecit, bonis omnibus<sup>2</sup> hostis fuit. Ad postremum se tanto dedecore prostituit, ut et saltaret et cantaret in scaena citharoedico habitu vel tragicō<sup>3</sup>. Vrbem Romam incendit, ut spectaculi eius imaginem cerneret, quali olim Troia capta arserat<sup>4</sup>.

<b>Notas</b>	<sup>1</sup> <i>Huic</i> : referido a Claudio. <sup>2</sup> <i>bonis omnibus</i> : “hombres de bien”. <sup>3</sup> <i>tragico</i> : “de actor trágico”. <sup>4</sup> <i>arserat &lt; ardeo</i> .
--------------	---

La dinastía julio-claudia: Nerón.

## 24. El Imperio Romano alcanza su máxima extensión con el emperador Trajano.

(Eutropio, *Breviario VIII* 2)

Successit ei<sup>1</sup> Ulpianus<sup>2</sup> Trajanus, natus Italicae in Hispania, familia antiqua magis quam clara. Romani imperii, quod post Augustum defensum magis fuerat quam ampliatum, fines longe lateque diffudit. Vrbes trans Rhenum in Germania reparavit. Daciam, Decibalo<sup>3</sup> victo, subegit; provincia trans Danubium facta<sup>4</sup> in his agris.

**Notas**   <sup>1</sup> *ei*: referido al emperador Nerva.

<sup>2</sup> *Ulpianus, -ii*: Ulpiano.

<sup>3</sup> *Decibalus, -i*= Decébalo, jefe de los Dacios.

<sup>4</sup> *Facta (est)*.

El Imperio Romano: Trajano.

## 25. Trajano se convierte en el paradigma del buen emperador. (Eutropio, *Breviario VIII 5*)

Huius<sup>1</sup> tantum memoriae<sup>2</sup> delatum est, ut usque ad nostram aetatem non aliter in senatu principibus adclametur, nisi "Felicior Augusto, melior Traiano". Adeo in eo gloria bonitatis obtinuit<sup>3</sup>, ut vel adsentantibus<sup>4</sup> vel vere laudantibus occasionem magnificientissimi praestet exempli.

**Notas**   <sup>1</sup> *huius*: alude a Trajano.

<sup>2</sup> *tantum memoriae*: construcción con genitivo partitivo “tan gran recuerdo”.

<sup>3</sup> *obtinuit*: “prevaleció”.

<sup>4</sup> *adsentantibus*: “aduladores”.

El Imperio Romano: Trajano.

## II. CIVILIZACIÓN Y CULTURA

### 1. Plinio describe la división del mundo conocido.

(Plinio, *Historia Natural* III 3)

Terrarum orbis universus in tres dividitur partes: Europam, Asiam, Africam. Origo ab occasu solis et Gaditano<sup>1</sup> freto, qua intrumpens oceanus Atlanticus<sup>2</sup> in maria inferiora diffunditur. Hinc intranti dextera Africa est, laeva Europa, inter has Asia. Termini amnes Tanais<sup>3</sup> et Nilus.

**Notas**      <sup>1</sup> Gaditanus, -a, -um= Gaditano.

<sup>2</sup> Atlanticus, -a, -um=Atlántico.

<sup>3</sup> El río Tanais desemboca en el Mar de Azov. En la Antigüedad se consideraba la frontera entre Europa y Asia.

### 2. Descripción y etimología de Hispania.

(Justino, *Epítome XLIV* 1)

Hispania sicuti Europae terminos claudit, ita huius operis<sup>1</sup> finis futura<sup>2</sup> est. Hanc veteres ab Hibero<sup>3</sup> amne primum Hiberiam, postea ab Hispalo<sup>4</sup> Hispaniam cognominaverunt. Haec inter Africam et Galliam posita Oceani freto et Pyrenaeis montibus clauditur. Sicut minor utraque terra<sup>5</sup>, ita utraque fertilior.

**Notas**      <sup>1</sup> *huis operis*: la obra escrita, el libro.

<sup>2</sup> *futura*: part. fut. de *sum* en función adjetiva.

<sup>3</sup> *Hiberus, -i*: el río Ebro.

<sup>4</sup> *Hispalus, -i*: supuesto héroe éponimo del puerto fluvial donde luego se asentó la colonia romana de Hispalis, la actual Sevilla. Las dos denominaciones, Iberia e Hispania, están en relación con las dos vías de comunicación que a lo largo de la historia se han utilizado para acceder al interior de la península, los valles del Ebro y del Guadalquivir.

<sup>5</sup> *utraque terra*: ablativo comparativo que alude a África y Galia, tierras con las que es comparada Hispania.

Pueblos del Imperio romano: Hispania.

### 3. Descripción de las costumbres de los galos sobre el matrimonio, la dote y la institución familiar.

(César, *Guerra de las Galias* VI 19)

Viri, quantas pecunias ab uxoribus dotis nomine<sup>1</sup> acceperunt, tantas ex suis bonis<sup>2</sup> aestimatione facta cum dotibus **communicant**. Huius omnis pecuniae coniunctim ratio habetur fructusque servantur: uter<sup>3</sup> eorum vita superarit<sup>4</sup>, ad eum pars utriusque<sup>5</sup> pervenit. Viri in uxores, sicuti in liberos, vitae necisque habent potestatem.

**Notas**      <sup>1</sup> *dotis nomine*: “en calidad de dote”.

<sup>2</sup> *bonis*: “bienes”.

<sup>3</sup> *uter*: de *uter*, *utra*, *utrum*, “aquel de los dos que”.

<sup>4</sup> *superarit*= *superaverit*.

<sup>5</sup> *utriusque*: de *uterque*, *utraque*, *utrumque*.

Pueblos del Imperio romano: Galia.

### 4. Descripción de los ritos funerarios de los galos.

(César, *Guerra de las Galias* VI 19)

Funera sunt pro cultu Gallorum magnifica et sumptuosa; omniaque quae vivis cordi fuisse<sup>1</sup> arbitrantur in ignem inferunt, etiam animalia, ac paulo supra<sup>2</sup> hanc memoriam servi et clientes, quos ab eis dilectos esse constabat, iustis funeribus confectis una cremabantur.

**Notas**      <sup>1</sup> *vivis cordi fuisse*: construcción de doble dativo.

<sup>2</sup> *supra*: prep. de acusativo.

Pueblos del Imperio romano: Galia.

## 5. Sobre la religión de los germanos.

(César, *Guerra de las Galias* VI 21)

Germani<sup>1</sup> multum ab hac consuetudine differunt. Nam neque druides habent, qui rebus divinis praesint, neque sacrificiis student. Deorum numero eos solos ducunt, quos cernunt et quorum aperte opibus iuvantur, Solem et Vulcanum et Lunam<sup>1</sup>. Reliquos ne fama quidem<sup>2</sup> acceperunt.

Notas      <sup>1</sup> *Germani, -orum*= germanos.

<sup>2</sup> *Solem et Vulcanum et Lunam*: aposición a *eos solos*.

<sup>3</sup> *ne...quidem*: “ni siquiera”.

Pueblos del Imperio romano: Germania.

## 6. Sobre la alimentación y la agricultura entre los germanos.

(César, *Guerra de las Galias* VI 22)

Agriculturae<sup>1</sup> non student, maiorque pars eorum victus in lacte, caseo, carne consistit. Neque quisquam agri modum<sup>2</sup> certum aut fines habet proprios; sed magistratus ac principes in annos singulos gentibus cognationibusque hominum, qui una coierunt, quantum visum est agri<sup>3</sup> attribuunt<sup>4</sup> atque anno post alio transire<sup>5</sup> cogunt.

Notas      <sup>1</sup> *agriculturae*: dativo regido por el verbo *studeo*.

<sup>2</sup> *modum*: “medida, dimensión”.

<sup>3</sup> *agri*: genitivo partitivo dependiente de *quantum* “cuanto terreno”.

<sup>4</sup> *attribuunt*: “asignan”.

<sup>5</sup> *transire*: “trasladarse”.

Pueblos del Imperio romano: Germania.

## 7. El historiador recuerda su juventud, en la que se dedicó a la política en medio de la corrupción, el ansia de dinero y de poder. (Salustio, *Conjuración de Catilina* 3, 3-4)

Sed ego adulescentulus initio, sicuti plerique, studio ad rem publicam<sup>1</sup> latus sum, ibique mihi multa adversa fuere<sup>2</sup>. Nam pro pudore, pro abstinentia, pro virtute audacia, largitio, avaritia vigeant. Quae<sup>3</sup> tametsi animus aspernabatur insolens malarum artium, tamen inter tanta vitia inbecilla aetas ambitione corrupta tenebatur.

Notas      <sup>1</sup> *rem publicam*: “política”.

<sup>2</sup> *fuere=fuerunt*.

<sup>3</sup> *quae*: relativo con valor demostrativo.

Sociedad: la práctica política.

## 8. Cicerón invoca a la libertad y a las leyes romanas, que están siendo pisoteadas por Verres, gobernador de Sicilia, al ordenar azotar públicamente a un ciudadano romano.

(Cicerón, *Verrinas* II 5, 163)

O nomen dulce libertatis! o ius eximum nostrae civitatis! o lex Porcia<sup>1</sup> legesque Semproniae<sup>2</sup>! o graviter desiderata et aliquando redditia plebi Romanae tribunicia potestas! Hucine tandem haec omnia reciderunt ut civis Romanus in provincia populi Romani, in oppido foederatorum, delegatus in foro virgis caederetur?

Notas      <sup>1</sup> La *lex Porcia*, promulgada en 195 a. C. por Marco Porcio Catón, prohibía azotar a un ciudadano romano.

<sup>2</sup> La *lex Sempronia de provocatione* de Cayo Sempronio Graco (163 a. C.) garantizaba el derecho de los ciudadanos romanos de apelar al pueblo en el caso de ser condenados a muerte.

Leyes e instituciones romanas: derechos de los ciudadanos.

## 9. Todos somos esclavos ante la Fortuna.

(Séneca, *Epístolas* V 47, 1)

Libenter ex iis qui a te<sup>1</sup> veniunt cognovi familiariter te cum servis tuis vivere. Hoc prudentiam tuam, hoc eruditionem decet. “Servi sunt”. Immo homines. “Servi sunt”. Immo contubernales<sup>2</sup>. “Servi sunt”. Immo humiles amici. “Servi sunt”. Immo conservi, si cogitaveris tantumdem in utrosque licere<sup>3</sup> fortunae.

**Notas**      <sup>1</sup> *a te*: “de donde tú estás, de tu lado”. Se refiere a Lucilio el destinatario de esta carta.

<sup>2</sup> *contubernales*: “compañeros, camaradas”.

<sup>3</sup> *licere*: rige dativo.

Sociedad: la esclavitud en Roma.

## 10. La emancipación de la mujer: retrato de Sempronia, una de las seguidoras de Catilina.

(Salustio, *Conjuración de Catilina* 25, 1-2)

Sed in eis<sup>1</sup> erat Sempronia<sup>2</sup>, quae multa saepe virilis audaciae facinora commiserat. Haec mulier genere atque forma, praeterea viro<sup>3</sup> atque liberis, satis fortunata fuit; litteris Graecis et Latinis docta; psallere et saltare<sup>4</sup> elegantius quam necesse est probae<sup>5</sup>. Sed ei cariora semper omnia quam decus atque pudicitia fuit.

**Notas**      <sup>1</sup> *eis*: entre las mujeres que seguían a Catilina.

<sup>2</sup> *Sempronia, -ae*= Sempronia.

<sup>3</sup> *viro*: su esposo fue D. Junio Bruto, cónsul en el 77 a. C.

<sup>4</sup> *psallere et saltare*: infinitivos históricos o de narración. Tradúzcanse por pretérito imperfecto de indicativo.

<sup>5</sup> *probae*: “honesta”.

Sociedad: la mujer romana al final de la República.

## 11. Séneca alaba a su madre, Helvia, por haber gestionado adecuadamente el patrimonio de sus hijos tras haber enviudado.

(Séneca, *Consolación a Helvia* 16, 3-5)

Tu liberorum tuorum bonis plurimum gavisa es, minimum usa<sup>1</sup>; tu liberalitati nostrae semper inposuisti modum<sup>2</sup>, cum tuae non inponeres; tu patrimonia nostra sic administrasti ut tamquam in tuis laborares, tamquam alienis abstineres; et ex honoribus<sup>3</sup> nostris nihil ad te nisi voluptas et inpensa<sup>4</sup> pertinuit.

**Notas**      <sup>1</sup> *usa (es)*.

<sup>2</sup> *modum*: “límite”.

<sup>3</sup> *honoribus*: “cargos”.

<sup>4</sup> *inpensa*: “gastos”. En la antigua Roma los candidatos a ocupar cargos públicos debían financiar su carrera política.

Sociedad: la mujer de época imperial

## 12. Séneca alaba a su madre, Helvia, por encarnar las virtudes tradicionales propias de la matrona romana.

(Séneca, *Consolación a Helvia* 16, 3-5)

Non te maximum saeculi malum, inpudicitia<sup>1</sup>, in numerum plurium<sup>2</sup> adduxit; non gemmae te, non margaritae flexerunt; non tibi divitiae velut maximum generis humani bonum refulserunt; non te peiorum detorsit imitatio; non faciem coloribus ac lenociniis polluisti; unicum tibi ornamentum, maximum decus, visa est pudicitia.

**Notas**      <sup>1</sup> Aposición a *malum*.

<sup>2</sup> *plurium*: “de la mayoría de las mujeres”.

Sociedad: la mujer de época imperial

### 13. Catulo invita a cenar a su amigo Fabulo, con tal de que prepare todo el banquete. (Catulo 13, 3-8)

Cenabis bene, mi<sup>1</sup> Fabulle, apud me  
paucis, si tibi di favent, diebus<sup>2</sup>,  
si tecum attuleris bonam atque magnam  
cenam, non sine candida puella  
et vino et sale et omnibus cachinnis.  
Haec si, inquam, attuleris, venuste noster,  
cenabis bene. Nam tui Catulli  
plenus sacculus est aranearum.

**Notas**

<sup>1</sup> *mi*: “mi querido, estimado”.  
<sup>2</sup> *paucis... diebus*: ablativo de tiempo.

Vida cotidiana: el banquete entre los romanos.

### 14. Alegría de Catulo por el regreso de su amigo Veranio desde la provincia de Hispania. (Catulo 9)

Verani<sup>1</sup>, omnibus e meis amicis  
Antistans<sup>2</sup> mihi milibus trecentis,  
venistine<sup>3</sup> domum ad tuos Penates<sup>3</sup>  
fratresque unanimos anumque matrem?  
Visam te incolumem audiamque Hiberum<sup>4</sup>  
narrantem loca, facta, nationes,  
ut mos est tuus, applicansque collum  
iucundum os oculosque suaviabor.

**Notas**

<sup>1</sup> *Veranius, ii*= Veranio  
<sup>2</sup> *antistans* = *antestans* “preferido”.  
<sup>3</sup> *venisti-ne*: -ne es partícula interrogativa.  
<sup>4</sup> *Penates*: los Penates, divinidades protectoras del hogar.  
<sup>5</sup> *Hiberum*: genitivo plural “de los iberos”.

Vida cotidiana: la amistad entre los romanos.

### 15. Catulo relata la muerte del pajarillo de Lesbia. (Catulo 3, 3-10)

Passer mortuus est meae pueriae,  
passer, deliciae meae pueriae,  
quem plus illa oculis suis<sup>1</sup> amabat.  
Nam mellitus erat suamque norat<sup>2</sup>  
ipsam<sup>3</sup> tam bene quam pueria matrem,  
nec sese<sup>4</sup> a gremio illius movebat,  
sed circumsiliens modo huc modo illuc  
ad solam dominam usque pipiabat

**Notas**

<sup>1</sup> *oculis suis*: ablativo comparativo.  
<sup>2</sup> *norat*= *noverat*.  
<sup>3</sup> *suam...ipsam*: “a su propia dueña”.  
<sup>4</sup> *sese*=se.

Vida cotidiana: animales de compañía.

### 16. La perrita de Marcial. (Marcial I 109)

Issa<sup>1</sup> est passere nequier Catulli  
 Issa est purior osculo columbae,  
 Issa est blandior omnibus puellis,  
 Issa est carior Indicis lapillis<sup>2</sup>,  
 Issa est deliciae catella Publi.  
 Hanc tu, si queritur, loqui putabis:  
 sentit tristitiamque gaudiumque.  
 Collo nixa<sup>3</sup> cubat capitque somnos,  
 ut suspiria nulla sentiantur.

**Notas** <sup>1</sup> *Issa, -ae*= Isa, nombre de la perrita de Marcial.

<sup>2</sup> *lapillus, -i* = piedra preciosa.

<sup>3</sup> *nixa*: participio de perfecto de *nitor*

Vida cotidiana: animales de compañía.

## 17. Catulo invita a su amada Lesbia al disfrute de la vida y del amor sin que les importen las críticas de los ancianos.

(Catulo 5)

Vivamus, mea Lesbia<sup>1</sup>, atque amemus,  
 rumoresque senum severiorum  
 omnes unius aestimemus assis<sup>2</sup>!  
 Soles occidere et redire possunt:  
 nobis, cum semel occidit brevis lux,  
 nox est perpetua una dormienda<sup>3</sup>.  
 Da mi<sup>4</sup> basia mille, deinde centum,  
 dein mille altera, dein secunda centum,  
 deinde usque altera mille, deinde centum.

**Notas** <sup>1</sup> *Lesbia, -ae*: Lesbia, amada de Catulo.

<sup>2</sup> *unius... assis*: genitivo de precio dependiendo de *aestimemus*.

<sup>3</sup> *est...dormienda*: perifrástica pasiva.

<sup>4</sup> *mi=michi*.

Vida cotidiana: el amor en Roma.

## 18. Lesbia, en presencia de su marido, habla mal del poeta Catulo, su antiguo amante, lo que es señal de que todavía siente algo por él.

(Catulo 83)

Lesbia mi<sup>1</sup>, praesente viro, mala plurima dicit.  
 Haec illi fatuo maxima laetitia est.  
 Mule<sup>2</sup>, nihil sentis? si nostri<sup>3</sup> oblita taceret,  
 sana esset. Nunc quod<sup>4</sup> gannit et obloquitur,  
 non solum meminit, sed, quae multo acrior est res,  
 irata est. Hoc est, uritur et loquitur.

**Notas** <sup>1</sup> *mi=michi*

<sup>2</sup> *mulus, -i*: “necio”.

<sup>3</sup> *nostri*: genitivo dependiente de *oblita*, que concuerda con *Lesbia*.

<sup>4</sup> *quod*: conj. subordinada causal.

Vida cotidiana: el amor en Roma.

## 19. El poeta Catulo se propone mantenerse fuerte ante el final de su relación. (Catulo 8,12-19)

Vale, puella. Iam Catullus obdurat,  
nec te requiret<sup>1</sup> nec rogabit invitam.  
At tu dolebis, cum rogaberis nulla<sup>2</sup>.  
Scelestia, vae te, quae tibi manet vita?  
Quis nunc te adibit? Cui videberis bella?  
Quem nunc amabis? Cuius esse diceris?  
Quem basiabis? Cui labella mordebis?  
At tu, Catulle, destinatus obdura.

Notas

<sup>1</sup> *requiret*: “cortejar”.  
<sup>2</sup> *nulla*: “en nada”.

Vida cotidiana: el amor en Roma.

## 20. Contra el fanfarrón Átalo, que presume de sus habilidades en el desempeño de todo tipo de actividades. (Marcial, *Epigramas II 7*)

Declamas belle, causas agis<sup>1</sup>, Attale<sup>2</sup>, belle,  
historias bellas, carmina bella facis,  
componis belle mimos, epigrammata belle,  
bellus grammaticus, bellus es astrologus,  
et belle cantas et saltas, Attale, belle,  
bellus es arte lyrae, bellus es arte pilae.  
nil bene cum facias, facias tamen omnia belle,  
vis dicam quid sis? magnus es ardilio<sup>3</sup>.

Notas

<sup>1</sup> *causas agis*: “ejerces como abogado”.  
<sup>2</sup> *Attalus, -i*: Átalo.  
<sup>3</sup> *ardilio*: “zascandil”.

Sociedad: profesiones y actividades artísticas.

## 21. Séneca describe las luchas entre condenados a muerte que se celebraban en el Anfiteatro al mediodía, caracterizadas por su残酷. (Séneca, *Epístolas I 7, 3-4*)

Casu in meridianum spectaculum incidi, lusus exspectans et sales et aliquid laxamenti<sup>1</sup> quo hominum oculi ab humano cruento acquiescant. Contra est. Omissis nugis, mera homicidia sunt. Nihil habent quo tegantur. Ad ictum totis corporibus expositi numquam frustra manum mittunt. Exitus pugnantium mors est.

Notas

<sup>1</sup> *laxamenti*: genitivo partitivo dependiente de *aliquid*.

Sociedad: ocio y espectáculos en Roma.

## 22. El rétor Quintiliano aconseja a los alumnos que consideren a sus maestros como padres intelectuales. (Quintiliano, *Institución oratoria II 9, 1-3*)

Discipulos id unum moneo, ut<sup>1</sup> praeceptores suos non minus quam ipsa studia ament et parentes esse non corporum, sed mentium credant. Multum haec pietas conferet studio. Nam et libenter audient et dictis credent et esse similes concupiscent; in ipsos denique coetus scholarum laeti alacres convenient, emendati non irascentur, laudati gaudebunt.

Notas

<sup>1</sup> *ut*: completiva explicativa de *id unum*.

La educación en Roma.

### 23. La felicidad consiste en disfrutar de una vida sencilla.

(Marcial X 47)

Vitam<sup>1</sup> quae faciant beatiorem,  
iucundissime Martialis, haec sunt:  
vires ingenuae<sup>2</sup>, salubre corpus;  
prudens simplicitas, pares amici;  
convictus facilis, sine arte mensa;  
nox non ebria, sed soluta curis;  
non tristis torus, et tamen pudicus;  
somnus, qui faciat breves tenebras;  
quod sis, esse velis nihilque malis.  
Summum nec<sup>3</sup> metuas diem nec optes.

**Notas**

<sup>1</sup> *vitam quae* = *quae vitam*.

<sup>2</sup> *ingenuae*: “propias de un hombre libre”, esto es, que no necesita la fortaleza de un esclavo.

<sup>3</sup> *summum nec* = *nec summum*.

Filosofía.

### 24. El poeta Horacio elogia la vida sencilla en el campo.

(Horacio, *Epodos II 1-8*)

Beatus ille, qui procul negotiis,  
ut prisca gens mortalium,  
paterna rura bubus exercet suis,  
solutus<sup>1</sup> omni faenore,  
neque excitatur classico miles truci,  
neque horret iratum mare,  
forumque vitat et superba civium  
potentiorum limina.

**Notas**

<sup>1</sup> *solutus*: “liberado”.

Filosofía.

### 25. Todo el mundo comparte la misma opinión sobre la amistad: sin ella la vida no es nada.

(Cicerón, *Sobre la amistad* 86)

De amicitia omnes ad unum idem sentiunt, et ii qui ad rem publicam<sup>1</sup> se contulerunt et ii qui rerum cognitione doctrinaque delectantur et ii qui suum negotium gerunt otiosi<sup>2</sup>, postremo ii qui se totos tradiderunt voluptatibus. Sine amicitia vita est nulla, si modo velint aliqua ex parte liberaliter<sup>3</sup> vivere.

**Notas**

<sup>1</sup> *rem publicam*: “la política”.

<sup>2</sup> *otiosi*: “libres de cargos públicos”.

<sup>3</sup> *liberaliter*: “dignamente, como hombres libres”.

Filosofía.